



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Jure Rerum Ecclesiasticarum Ad Germaniae Catholicae  
Principia Et Usum Pars ...**

Complectens Sectionem I. & II.

**Zech, Franz Xaver**

**Ingolstadii, 1758**

Titulo XIX. De Calendario Ecclesiastico.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68048)

*De Instructione Populi &c.* 559

nandi tradunt. *Latine* NICOLAUS CAUSSINUS de Eloquentia Sacra & Profana. SEBASTIANUS D'ABREU Instit. Parochi lib. 5. per tot. *Gallice* Autor libri, qui inscribitur: Instructions Ecclesiastiques. tom. 1. tit. 5. c. 4. seqq. *Italice* Il vero modo di predicare secondo lo spirito dell' Evangelio. Editus est Lovanii libellus & adjectus tomo 3. opusculorum D. MARTINI STEYAERT, qui inscribitur *Ecclesiastes*, sive de Ratione Concionandi Instructio triplex, S. FRANCISCI BORGIAE, S. FRANCISCI SALESII & JACOBI JANSSONII. Ex innumeris autem, qui integras Conciones in lucem ediderunt, seligendi sunt optimi, cum major earum numerus potius ad corrumpendam Eloquentiam sacram videatur idoneus.

TITULUS XIX.

DE CALENDARIO ECCLESIASTICO.

§. 411.

**D**IVINO Officio publice aut pri-Calendavatum recitando aut psallendorium Ecclesiasticum.  
a primordiis Religionis Christianae.  
Ec-

Ecclesiæ fuerunt destinata. Cum autem ordo Divini Officii ad Calendarium Ecclesiastici normam conformandus sit; necesse est brevem doctrinam de hoc ipso Calendario præmittere, cum Sacri Canones exigant a Clericis Computi Ecclesiastici & ordinandorum Fæstorum notitiam. Omissis igitur omnibus quæ Philosophici aut Mathematici fori sunt, ea solum afferemus, quæ ad usus Ecclesiasticos, & ordinandorum Fæsta scitu necessaria videbuntur (22.). Ut omnia facilius comprehendantur, mox ipsas Calendarii tabulas oculis subjicimus.

Ca.

21.) C. 5. dist. 38. Conc. TRIDENT. sess. 23. c. 18. de Reform.

22.) De veteri Calendario Romano apud JACOBUS CHRISTMANNUS, THOMAS DEMPSTERUS, LAMBECIUS, alios quos GRÆVIUS inserit Tomo VIII. Antiquit. Rom. De Calendario Romano Ecclesiastico exacta notitia hauriri potest ex PETAVIO de Doctrina temporum & CHRISTOPH. CLAVIO Romani Calend. explicat. Eandem materiam tractant recentiores quidam Philologi EDMUNDUS PURCHOT Infit. Philol. 3. Sect. 2. c. 9. P. JOS. MANGOLD Philosoph. tom. 3. Dissert. 5. sect. 4.

# CALENDARIUM ECCLESIASTICUM.

## JANUARIUS.

Cyclus Epactar.	Lit. Dom.	Dies Mensis	
	A	Kal.	1
xxix	b	iv	2
xxviii	c	iii	3
xxvii	d	Prid.	4
xxvi	e	Non.	5
25. xxv.	f	viii	6
xxiv	g	vii	7
xxiii	A	vi	8
xxii	b	v	9
xxi	c	iv	10
xx	d	iii	11
xix	e	Prid.	12
xviii	f	Idib.	13
xvii	g	xix	14
xvi	A	xviii	15
xv	b	xvii	16
xiv	c	xvi	17
xiii	d	xv	18
xii	e	xiv	19
xi	f	xiii	20
x	g	xii	21
ix	A	xi	22
viii	b	x	23
vii	c	ix	24
vi	d	viii	25
v	e	vii	26
iv	f	vi	27
iii	g	v	28
ii	A	iiii	29
i	b	iii	30
*	c	Prid.	31

Nn

## FEBRUARIUS.

Cyclus Epact.	Lit. Dom.	Dies Mensis	
xxix	d	Kal.	1
xxviii	e	iv	2
xxvii	f	iii	3
25. xxvi	g	Prid.	4
xxv. xxiv	A	Non.	5
xxiii	b	viii	6
xxii	c	vii	7
xxi	d	vi	8
xx	e	v	9
xix	f	iv	10
xviii	g	iii	11
xvii	A	Prid.	12
xvi	b	Idib.	13
xv	c	xvi	14
xiv	d	xv	15
xiii	e	xiv	16
xii	f	xiii	17
xi	g	xii	18
x	A	xi	19
ix	b	x	20
viii	c	ix	21
vii	d	viii	22
vi	e	vii	23
v	f	vi	24
iv	g	v	25
iii	A	iv	26
ii	b	iii	27
i	c	Prid.	28

MAR-

## MARTIUS

Cyclus Epact. *	Lit. Dom.	Dies Mensis	Dies
	d	Kal.	1
xxix	e	vi	2
xxviii	f	v	3
xxvii	g	iv	4
xxvi	A	iii	5
25.xxv.	b	Prid.	6
xxiv	c	Non.	7
xxiii	d	viii	8
xxii	e	vii	9
xxi	f	vi	10
xx	g	v	11
xix	A	iv	12
xviii	b	iii	13
xvii	c	Prid.	14
xvi	d	Idib.	15
xv	e	xvii	16
xiv	f	xvi	17
xiii	g	xv	18
xii	A	xiv	19
xi	b	xiii	20
x	c	xii	21
ÆQUINOCTIUM VERNALE.			
ix	d	xi	22
viii	e	x	23
vii	f	ix	24
vi	g	viii	25
v	A	vii	26
iv	b	vi	27
iii	c	v	28
ii	d	iv	29
i	e	iii	30
*	f	Prid.	31

## APRILIS

Cyclus Epact.	Lit. Dom.	Dies Mensis	Dies
xxix	g	Kal.	1
xxviii	A	iv	2
xxvii	b	iii	3
25.xxvi	c	Prid.	4
xxv.xxiv	d	Non.	5
xxiii	e	viii	6
xxii	f	vii	7
xxi	g	vi	8
xx	A	v	9
xix	b	iv	10
xviii	c	iii	11
xvii	d	Prid.	12
xvi	e	Idib.	13
xv	f	xviii	14
xiv	g	xvii	15
xiii	A	xvi	16
xii	b	xv	17
xi	c	xiv	18
x	d	xiii	19
ix	e	xii	20
viii	f	xi	21
vii	g	x	22
vi	A	ix	23
v	b	viii	24
iv	c	vii	25
iii	d	vi	26
ii	e	v	27
i	f	iv	28
*	g	iii	29
xxix	A	Prid.	30

Majus

Junius

Majus				Junius			
Cyclus	Lit.	Dies		Cyclus	Lit.	Dies	
Epact.	Dom.	Menfis		Epact.	Dom.	Menfis	
xxviii	b	Kal.	1	xxvii	e	Kal.	1
xxvii	c	vi	2	25. xxvi	f	iv	2
xxvi	d	v	3	xxv. xxiv	g	iii	3
25. xxv.	e	iv	4	xxiii	A	Prid.	4
xxiv	f	iii	5	xxii	b	Non.	5
xxiii	g	Prid.	6	xxi	c	viii	6
xxii	A	Non.	7	xx	d	vii	7
xxi	b	viii	8	xix	e	vi	8
xx	c	vii	9	xviii	f	v	9
xix	d	vi	10	xvii	g	iv	10
xviii	e	v	11	xvi	A	iii	11
xvii	f	iv	12	xv	b	Prid.	12
xvi	g	iii	13	xiv	c	Idib.	13
xv	A	Prid.	14	xiii	d	xviii	14
xiv	b	Idib.	15	xii	e	xvii	15
xiii	c	xvii	16	xi	f	xvi	16
xii	d	xvi	17	x	g	xv	17
xi	e	xv	18	ix	A	xiv	18
x	f	xiv	19	viii	b	xiii	19
ix	g	xiii	20	vii	c	xii	20
viii	A	xii	21	vi	d	xi	21
vii	b	xi	22	v	e	x	22
vi	c	x	23	iv	f	ix	23
v	d	ix	24	iii	g	viii	24
iv	e	viii	25	ii	A	vii	25
iii	f	vii	26	i	b	vi	26
ii	g	vi	27	*	c	v	27
i	A	v	28	xxix	d	iv	28
*	b	iv	29	xxviii	e	iii	29
xxix	c	iii	30	xxvii	f	Prid.	30
xxviii	d	Prid.	31				

SOLSTITIUM ÆSTIVUM.

Nn 2

Ju-

JULIUS				AUGUSTUS			
Cyclus Epact.	Lit. Dom.	Dies Mensis		Cyclus Epact.	Lit. Dom.	Dies Mensis	
xxvi	g	Kal.	1	xxv.xxiv	c	Kal.	1
25.xxv.	A	vi	2	xxiii	d	iv	2
xxiv	b	v	3	xxii	e	iii	3
xxiii	c	iv	4	xxi	f	Prid.	4
xxii	d	iii	5	xx	g	Non.	5
xxi	e	Prid.	6	xix	A	viii	6
xx	f	Non.	7	xviii	b	vii	7
xix	g	viii	8	xvii	c	vi	8
xviii	A	vii	9	xvi	d	v	9
xvii	b	vi	10	xv	e	iv	10
xvi	c	v	11	xiv	f	iii	11
xv	d	iv	12	xiii	g	Prid.	12
xiv	e	iii	13	xii	A	Idib.	13
xiii	f	Prid.	14	xi	b	xix	14
xii	g	Idib.	15	x	c	xviii	15
xi	A	xvii	16	ix	d	xvii	16
x	b	xvi	17	viii	e	xvi	17
ix	c	xv	18	vii	f	xv	18
viii	d	xiv	19	vi	g	xiv	19
vii	e	xiii	20	v	A	xiii	20
vi	f	xii	21	iv	b	xii	21
v	g	xi	22	iii	c	xi	22
iv	A	x	23	ii	d	x	23
iii	b	ix	24	i	e	ix	24
ii	c	viii	25	*	f	viii	25
i	d	vii	26	xxix	g	vii	26
*	e	vi	27	xxviii	A	vi	27
xxix	f	v	28	xxvii	b	v	28
xxviii	g	iv	29	xxvi	c	iv	29
xxvii	A	iii	30	25.xxv.	d	iii	30
25.xxvi	b	Prid.	31	xxiv	e	Prid.	31

SEPTEMBER

SEPTEMBER.

OCTOBER.

SEPTEMBER.				OCTOBER.			
Cyclus Epact.	Lit. Dom.	Dies Mensis		Cyclus Epact.	Lit. Dom.	Dies Mensis	
xxiii	f	Kal. 1		xxii	A	Kal. 1	
xxii	g	iv 2		xxi	b	vi 2	
xxi	A	iii 3		xx	c	v 3	
xx	b	Prid. 4		xix	d	iv 4	
xix	c	Non. 5		xviii	e	iii 5	
xviii	d	viii 6		xvii	f	Prid. 6	
xvii	e	vii 7		xvi	g	Non. 7	
xvi	f	vi 8		xv	A	viii 8	
xv	g	v 9		xiv	b	vii 9	
xiv	A	iv 10		xiii	c	vi 10	
xiii	b	iii 11		xii	d	v 11	
xii	c	Prid. 12		xi	e	iv 12	
xi	d	Idib. 13		x	f	iii 13	
x	e	xviii 14		ix	g	Prid. 14	
ix	f	xvii 15		viii	A	Idib. 15	
viii	g	xvi 16		vii	b	xvii 16	
vii	A	xv 17		vi	c	xvi 17	
vi	b	xiv 18		v	d	xv 18	
v	c	xiii 19		iv	e	xiv 19	
iv	d	xii 20		iii	f	xiii 20	
iii	e	xi 21		ii	g	xii 21	
ii	f	x 22		i	A	xi 22	
ÆQUINOCTIUM AUTUM- NALE				*			
i	g	ix 23		xxix	b	x 23	
*	A	viii 24		xxviii	c	ix 24	
xxix	b	vii 25		xxvii	d	viii 25	
xxviii	c	vi 26		xxvi	e	vii 26	
xxvii	d	v 27		25. xxv.	f	vi 27	
25. xxvi	e	iv 28		xxiv	g	v 28	
xxv. xxiv	f	iii 29		xxiii	A	iv 29	
xxiii	g	Prid. 30		xxii	b	iii 30	
					c	Prid. 31	

N n 3

NOVEM-



NOVEMBER

DECEMBER

Cyclus Epaect.	Lit. Dom.	Dies Mensis		Cyclus Epaect.	Lit. Dom.	Dies Mensis
xxi	d	Kal.	1	xx	f	Kal.
xx	e	iv	2	xix	g	iv
xix	f	iii	3	xviii	A	iii
xviii	g	Prid.	4	xvii	b	Prid.
xvii	A	Non.	5	xvi	c	Non.
xvi	b	viii	6	xv	d	viii
xv	c	vii	7	xiv	e	vii
xiv	d	vi	8	xiii	f	vi
xiii	e	v	9	xii	g	v
xii	f	iv	10	xi	A	iv
xi	g	iii	11	x	b	iii
x	A	Prid.	12	ix	c	Prid.
ix	b	Idib.	13	viii	d	Idib.
viii	c	xviii	14	vii	e	xix
vii	d	xvii	15	vi	f	xviii
vi	e	xvi	16	v	g	xvii
v	f	xv	17	iv	A	xvi
iv	g	xiv	18	iii	b	xv
iii	A	xiii	19	ii	c	xiv
ii	b	xii	20	i	d	xiii
i	c	xi	21	*	e	xii
*	d	x	22	SOLSTITIUM HY-		
xxix	e	ix	23	MALE.		
xxviii	f	viii	24	xxix	f	xi
xxvii	g	vii	25	xxviii	g	x
25. xxvi	A	vi	26	xxvii	A	ix
xxv. xxiv	b	v	27	xxvi	b	viii
xxiii	c	iv	28	25. xxv	c	vii
xxii	d	iii	29	xxiv	d	vi
xxi	e	Prid.	30	xxiii	e	v
				xxii	f	iv
				xxi	g	iii
				19. xx	A	Prid.

De Calendario Ecclesiast. 567

§. 412. *Calendarium* a *Calendis*, græc. *In Calendario* quidem vocabulo, apud solos tamen Latinos ad significandum primum diem mensis usurpato, dictum, est dierum ac mensium, ex quibus annus constat, omniumque, quæ diebus ac mensibus adjuncta sunt, ordinatio. *Calendarium* hoc exhibet nobis anni quæsitæ dies, hebdomades, menses, Epactas, quibus respondet aureus numerus, Literas Dominicales, & ex his ortum Cylindrum solarem: item in eo reperiri possunt æquinoctia, Solstitia, Novilunia, Indiætio &c.

§. 413. *Dies* vel est naturalis, vel artificialis. *Artificialis* dicitur *tem-dies*: quo sol supra Horizontem versatur ab ortu ad occasum, quodque opponitur nocti: quæ est ab occasu solis usque ad ortum. *Naturalis* est integra solis revolutio ab ortu in occasum, & inde rursus ad eundem fere locum, unde profectus fuerat, quæ vulgo in viginti quatuor partes æquales dividitur, quas *Horas* appellant. Non idem est apud omnes nationes *Diei* initium. *Babylonii* diem auspicabantur ab ortu solis: *Itali* more veterum *Atheniensium*, initium dant diei

N n 4 a sol-

a solis occasu; ita ut tempus hunc occasum prævertens denotet finem horæ vigesimæ quartæ præcedentis diei 23. ). Romani olim, & Europæi hodie fere omnes a mediâ nocte sumunt diei exordium, numerantque usque ad meridiem horas duodenas, & rursus a meridie ad mediam noctem alias duodenas 24. ).

S. 414

23.) Populi illi, quales sunt etiam Arabes qui menses Lunares habent, congrue incipiunt diem suum ob occasu solis: quam ortus Lunæ, quam observant, sit tempore occasus Solis, ut loquitur ALFRAGANUS Rudim. Astron. differentia 1. De antiquis Gallis aliam rationem dat JULIUS CÆSAR de Bell. Gall. lib. 6. his verbis: *Galli se omnes ab Dite Patre progenies prædicant: ob eam causam spatia omni temporis, non numero dierum, sed noctium præsumunt: Et dies natales, Et mensium Et annorum initia sic observant, ut noctem dicitur subsequatur.* add. TACITUS de Moribus German. c. II. ibique Notæ JULIANI PICHON.

24.) L. 8. ff. de Feriis. BRISSONIUS de Verbor. Signif. V. Dies. Videatur A. GABRIELIUS Noct. ATTIC. lib. 3. c. 2. ubi dicitur quæstionem, ex hac de initio diei controversitate ortam, uter dies natalis habere debeat illius, qui tempore noctis natus fuit.

*De Calendario Ecclesiastico. 569*

§. 414. *Horarum* nomen per tre-*Hore* :  
centos annos Romæ ignoratum esse  
creditur. Divisio enim diei in horas  
duodecim, & noctis in totidem, in-  
ducta censetur Romæ post reperta  
Horologia Solaria: quorum anti-  
quissimum quod fuerit, nescitur: certe  
in Foro nullum prius fuit, quam id,  
quod M. VALERIUS ex Sicilia ad-  
vectum ad rostra in columna posuit  
25.). Primis igitur temporibus apud  
N n 5 Ro-

fuit, an scilicet dies præcedens, vel sub-  
sequens?

25.) Livius Hist. lib. 16. c. 47. ad ann. U.  
C. 491. Cum autem Horologium istud ad  
Meridianum Romanum non fuerit accom-  
modatum, post centum fere annos id Q.  
MARCUS diligentius ordinavit. Ibid. in  
supplem. lib. 46. c. 17. ad ann. 590. Ex  
quo sequitur, Judæos pluribus sæculis  
ante Romanos habuisse horologia solaria.  
Nam tempore Ezechix sol recessit decem  
lineis in tali horologio anno ante Chri-  
stum 712. quo Urbs Romana vix steterat  
annis 42. dictus autem annus U. C. 491.  
juxta Chronologiam RICCIOLII respon-  
det anno ante æram Christ. 263. Unde  
fallitur etiam PLINIUS Natur. hist. lib. 2.  
c. 76. ubi scribit, quod Anaximenes Mi-  
lesius Gnomonice primus invenerit.  
hanc enim umbrarum rationem a Judæis  
ad Ægyptios, ab his ad Græcos devenif-  
se,

Romanos diem bifariam dividit  
 meridies discernebat, unde legitur  
*ante meridiem, post meridiem* 26.  
 Alii tam diem, quam noctem qua-  
 dripartito dividebant, quod testat-  
 ur termini militares, *vigilia prima*  
*secunda, tertia & quarta*. Plura no-  
 ctis & diei tempora, alii discreta no-  
 minibus inveniuntur apud Auctores  
 veteres, qui ponunt mediam noctem  
 principium diei, sequentes dein par-  
 tes hoc ordine: *de media nocte, seu*  
*inclinatio mediae noctis, gallicinium, co-*  
*ticinium, ante lucem, diluculum, secun-*  
*dum diluculum seu mane, ad meridiem*  
*meridies, de meridie, (suprema 27.), ve-*  
*spera, crepusculum, face prima, concu-*  
*bium, intempesta id est, multa nox.*  
 ad

se, ex horologio Ezechiae colligit Cas-  
 VIUS Gnomonic. lib. I. fol. 7. & ex ip-  
 CORN. A LAPIDE ad Isaie. c. 38. v. 8.  
 A quo autem & quando inventa fuerint  
 Horologia rotata, quae pulsu campanae  
 horas indicant, incertum est. Memori-  
 bile est Horologium, quod Rex Persarum  
 misit CAROLO M. quod describit AR-  
 INUS de Gestis Francorum lib. 4. c. 9.  
 26.) In fragm. Leg. XII. Tabul. tit. 7.  
 Judic. l. 10.  
 27.) *Sol occasus suprema tempestas esto.*  
 ubi Not. GOTHOFREDI lit. a.

*De Calendario Ecclesiastico. 571*

ad mediam noctem, demum *media nox* 28.). Apud plerosque viginti quatuor Horæ diei sunt æquales; singulæ autem horæ in sexaginta *minuta*, quodvis minutum in sexaginta *minuta secunda*, quodvis secundum in totidem *tertia* dividuntur &c. Illæ tamen nationes, quæ tam diem, quam noctem seorsim in duodecim horas dividunt, non semper eas æquales habent: nam horæ nocturnæ breviores sunt diurnis æstivo tempore, longiores hyberno. Judæi quatuor præsertim horas diei orationi destinatas habebant, scilicet *Primam*, quæ incipit ab ortu solis; *Tertiam*, respondentem circiter nostræ horæ nonæ matutinæ: *Sextam*, quæ convenit cum meridie; & *Nonam*, quæ respondet horæ nostræ tertie pomeridianæ.

§. 415. Continua septem die-*Hebdoma-*rum successio dicitur græce *Hebdomas*, latine *Septimana*. Hæc ipsum DEUM videtur habere institutorem, cum die septimo a creatione mundi requievit, jubebanturque Judæi pariter die illo, seu Sabbato quiescere: sed Christiani die *Dominico* propter

28.) Ita CENSORINUS de Die Natali in fin:

pter Christi Domini Resurrectionem  
feriantur, qui proin est feria prima  
hebdomadis, cui succedit feria secun-  
da &c. ita ut singuli dies vocentur fe-  
ria more Ecclesiastico, retento ta-  
men nomine Sabbati & diei Domi-  
nici. Ethnici dederunt singulis die-  
bus appellationem a Planeta, ita ut  
vocetur Dies Solis, Lunæ, Martis,  
Mercurii, Jovis, Veneris, Saturni 29.)  
Singuli dies in Calendario signantur  
septem literis, quæ totidem diebus  
Hebdomadis respondent, scilicet  
B, C, D, E, F, G. Litera A primam  
diem Januarii afficit: si iste sit dies  
Dominicus, necessario omnes dies  
hac litera signati, erunt Dominici  
consequenter etiam dies ultimus anni  
eadem litera A notatus: proin  
primus dies sequentis anni, qui semper  
per literam A affixam retinet, inchoa-  
bitur a die Lunæ, ac tandem Litera  
G

29.) Judæi feriam sextam vocant *Parasce-  
ven*, id est, præparationem Sabbati. Quæ  
autem Gentiles in nominandis diebus se-  
vaverint hunc ordinem Planetarum, Sa-  
lis, Lunæ, Martis &c. duplex solet esse  
ratio, una Harmonica, altera Astrono-  
mica. Utramque ex DIONE refert  
FALCK de Christiano Paschate p. I. c. 1.  
§. 2. Vid. SELDENUS de Jure natur. &  
gent. juxta discipl. Ebræor. lib. 3. c. 20. f. 10.

Gerit Litera Dominicalis eodem anno. Quid autem observandum sit anno Bifsextili, & qua ratione formandus sit Cyclus Solaris, mox infra dicetur.

§. 416. Mensis est pars anni duo-*Menses:*  
decima. Estque vel naturalis vel civilis. *Naturalium* mensium species duæ, quod partim Solis, partim Lunæ esse dicuntur. *Solaris* mensis fit, dum Sol unumquodque in Zodiaco orbe signum percurrit: *Lunaris* est, temporis quoddam spatium, quo Luna circuitiorem unam perficit. *Civiles* menses sunt numeri quidam dierum, quos unaquæque Civitas suo instituto observat: tales menses sunt in Calendario Romano a Calendis in Calendas, habentque singuli dies totos. At vero menses *Naturales*, tam Lunares quam Solares, non habent dies totos, cum Sol annum suum, seu dies trecentos sexaginta quinque & horas fere sex in duodecim dividat menses: Luna vero singulos suos menses conficiat diebus undetriginta circiter, & dimidiato. In præfixo Calendario dies mensis nomen suum fortiuntur a *Calendis*, *Nonis* & *Idibus*. *Calende* primo cujuslibet mensis die accidunt. *Nonæ* vel in  
quin-



quintum, vel in septimum diem cedunt. *Idus* vel decimo tertio, vel decimo quinto die mensis contingunt 30.). Antiqui Romani decem habebant menses: primus *Martius* a Marte; secundus *Aprilis* ab aperiendo, quod tunc fere cuncta geruntur; tertius *Majus* a Maja, cuius res divina eo tempore fiebat; quartus *Junius* a Junone dictus fuit: reliqui sex a numero suo nomen traherant, vocabanturque *Quintilis*, *Sextilis*, *September*, *October*, *November*, *December*. Additi postea fuerunt duo, *Januarius* a Jano, *Februarius* a Februo 31.) appellatus. Duorum mensium nomina immutata sunt. Nam qui *Quintilis* fuit, *Julius* cognominatus.

30.) Memoriae juvandæ causa sequentes versiculi sunt compositi.

*Majus* sex Nonas, *October*, *Julius* & *Martius*.  
*Quatuor* at reliqui: dabit *Idus* quilibet octo.  
 Inde dies alios omnes die ante *Calendas*,  
 Quas retro numerans sumes a mensis  
 sequenti.

31.) *Februum* apud Romanos erat, quibus quid piat, purgatque. Juxta *Censorium* de die Natali c. 22. dies *Lupercalium*, quo Roma lustrabatur, proprie februatus, & ab eo mensis *Februarius* vocatur. De nominibus Mensium videtur *HADRIANUS JUNIUS* de Annis & Mensibus.

*De Calendario Ecclesiastico. 575*

minatus est 32. ): qui autem *Sextilis* fuerat, in Augusti honorem dictus est *Augustus* 33. ), quæ nomina ad hæc usque tempora permanent. Similem mutationem alii facere tentarunt, sed mox nomina pristina suis reddita mensibus fuerunt 34. ). Carolus M. mensibus juxta patriam Germanorum linguam nomina imposuit : Januarium appellavit *Wintermonat* ; Februarium *Hornung* ; Martium *Lentzmonat*, Aprilem *Ostermonat*, Majum *Wunnemonat* ; Junium *Brachmonat* ; Julium *Heumonat* ; Augustum

*Ae-*

32.) Julius Cæsar appellationem mensis e suo nomine, ac nonnullos honores ad libidinem cepit & dedit. SÆTONIUS in vita n. 76.

33.) Idem in Vita Octaviani Augusti n. 31. *Sextilem* mensẽ e suo cognomine nuncupavit, magis quam *Septembrem* quo erat natus : quia hoc sibi & primus Consulatus, & insignes victoria obtigissent.

34.) ÆLIUS LAMPRIDIUS in vita Commodi Antonini scribit : *Menses quoque in honorem ejus pro Augusto Commodum, pro Septembri Herculem, pro Octobri Invictum, pro Novembri Exsuperatorium, pro Decembri Amazoninũ adultores vocabant.* Post obitum ejus in Senatu acclamatum fuit : *menses his nominibus nuncupandos, quibus nuncupabantur, quum primum illud malum in rempublicam incubuit.*

*Aermonat*; Septembrem *Herbstmonat*  
 octobrem *Winmonat*; Novembrem  
*Windtmonat*; Decembrem *Heuigmonat*  
 ut scribit EGINHARDUS in vita.

*Annus*, §. 417. Per *annum* intelligitur tempus, quo Zodiacum sol percurrit, suoque ad alterutrum ex Tropis accessu & recessu annuam temporum Veris, Æstatis, Autumni, Hyemis varietatem efficit. Qui utuntur mensibus Lunaribus, solent tamen annum suum per menses Embolismales seu Intercalares ad spatium anni solaris reducere, exceptis Turci, qui pergunt numerare annos Lunares suæ *Hegira* per menses duodecim, qui continent dies 354. vel 355. censent enim, annum perfici diebus 354. horis octo, & minutis 48. quas horas & minuta intra triginta annos undecies addito die non tamen servapuloſe ad minuta mathematica compensant 35.). *Annus Julianus*, pro-

35. ) De Hégira Turcarum vid. PETAVIUS de Doctr. temp. lib. 2. c. 38. & 39. lib. 2. c. 10. & lib. 7. c. 22. RICCIOLIUS Chronol. Reform. tom. 1. lib. 1. c. 24. JOSEPHUS SCALIGER de Emend. temp. lib. 2. pag. 94. seqq. lib. 7. pag. 354. seq. & lib. 7. pag. 354. seq. & lib. 7. pag. 354. seq.

De Calendario Ecclesiastico. 577

a Julio Cæsare ordinatus fuit, complectitur 365. dies cum sex horis, quæ quarto quoque anno collectæ diem conficiunt intercalarem, & constituunt annum *Bissexturnum*, quia secundum Romanam computandi rationem bis eo anno dici debet *sexto Calendas Martias* 36.). Deprehenso errore Gregorius XIII. constituit annum dierum 365. horarum 5. & minutorum circiter 49. Habet igitur hic annus hebdomades 52. cum uno die in anno communi, & cum duobus diebus in *Bissextili*.

§. 418. Initium anni diversum fuit apud diversas gentes. Romani olim a mense Martio; Hebræi ante Moysen ab autumnali æquinoctio, postea jussu Dei 37.) ab æquinoctio

*Cujus initium varium:*

O o ver-

pag. 415. LENGLET Tabul. Chronol. edit. germ. p. 1. pag. 141. seq. & pag. 339. seqq. Veteres Arabes annum inchoabant in Æquinoctio Vernali juxta SIMPLICIUM in lib. 5. Physic. Aristot. c. 4. Apud hodiernos, qui Mahometanos mores sequuntur, vagatur exordium anni per omnes nostros menses.

36.) Vid. ERYCIUS PUTEANUS de Bissexto.

37.) Exod. XII. v. 2. *Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni.*

verno: Christiani a mense Januario initium anni ducunt, cum natus sit nobis Salvator ad solstitium brumale 38. ); ratio autem habeatur ad Calendarium Julii Caesaris, cuius menses initium ducunt a Calendis.

*Litera Dominicalis:*

§. 419. Dictum est, & apparet in Calendario, singulis diebus affigi unam ex septem literis alphabeti, ex quibus semper una respondet diei Dominico per totum annum communem, ita ut in ordine retrogrado post

---

38.) In subscriptione Brevium Pontificiorum anni initium ducitur a die Nativitatis Christi: in Bullis autem sub Plumbo a die Incarnationis Verbi Divini, seu die Annuntiationis B. V. Mariæ. Annus igitur 1758. quem nos Literis nostris adscribimus a Calendis Januarii, Bullis Pontificiis non adscribitur ante 25um Martii hoc tamen discrimine, ut nos Calendis Januarii inchoatum annum 1758. a die Circumcisionis Christi numeremus: Curia autem Romana in Bullis notet hunc annum 25to. Martii jam completum a prima Incarnatione Christi. De hac Romanæ Curie & aliarum Provinciarum consuetudine videatur SCACCIA de Juridic. Cauf. Civil. &c. lib. 2. c. II. n. 1195. GAITUS de Credito c. 3. tit. I. a n. 142. Card. PETRA ad Const. Apost. tom. 1. Procem. §. 3.

*De Calendario Ecclesiastico.* 579

post septem annos dies Dominicus  
regrederetur ad literam A. nisi cy-  
clus iste per annos bissextiles, sin-  
gulis quadrienniis recurrentes inter-  
rumperetur. Nam in anno Bissex-  
tili intercalatur dies mense Februa-  
rio, qui proin numerat 29. dies :  
servitque eadem Romana appella-  
tio pro duobus diebus, scilicet 24.  
& 25. Februarii, quorum uterque di-  
citur *Sextus Calendas Martias*. Unde  
etiam dicitur annus *Bissextus*, qui  
proin habet hebdomades 52. & dies  
duos : consequenter annus *Bissextus*,  
qui incepit a die Solis, finitur die  
Lunæ, & sequens annus incipit die  
Martis, cui tunc respondebit litera  
A. primo Januarii affixa; diem autem  
Dominicum designabit litera F. Ex  
eadem ratione annus bissextilis habet  
duas literas dominicales, priorem  
quidem, a Calendis Januarii ad diem  
25. Februarii Divo Mathiæ sacrum ;  
alteram ab eodem festo ad anni fi-  
nem. Propter hanc interruptionem  
non singulis septenniis dies Domini-  
ca redit ad literam A. sed potius re-  
quiruntur septem quadriennia seu  
anni viginti octo, post quos dies Do-  
minica rursus incidet in primam Ja-  
nuarii, & per totum annum signa-  
bi-

*Cyclus so-  
laris:*bitur litera A. Et hæc annorum 28.  
revolutio vocatur *Cyclus solaris*,

§. 420. Ad inveniendum nume-  
rum hujus *Cycli solaris* singulis an-  
nis respondentem, sciendum, animum  
primum æræ vulgaris, seu annorum  
Christi incidisse in decimum annum  
*Cycli solaris*. Quare si annis Chri-  
sti adjicias 9. & summam distribuas  
per 28. occurret tibi annus *Cycli so-  
laris* quæsitus, scilicet si quid resi-  
duum fuerit, id denotabit, quotus  
in eo *Cyclo* sit iste annus: si nihil  
fuerit residuum, annus ille erit vi-  
gesimus octavus *Cycli*. E. G. anno  
Christi 1758. addatur 9. summa erit  
1767. hac summa per 28. divisa,  
restabit 3. qui pro illo anno est *Cy-  
clus solis*. Hæc regula obtinet sem-  
per suum usum: nam per correctio-  
nem *Calendarii* nihil immutatur  
est circa *Cyclum solarem*, sed solum-  
modo circa literas *Dominicales* re-  
spondentes huic *cyclo*. Ut autem  
facile possit inveniri litera *Domi-  
calis* & respondens numerus *Cy-  
solaris*, saltem ab anno 1750. usque  
ad 1800. observanda est sequens ta-  
bula.

*De Calendario Ecclesiastico. 581*

d	c		b		g	f	e		d		b	a	g		f		d	c	b	
23.24. 25. 26.27.28. I. 2.3.4. 5. 6.7.8.																				
	a		f	e	d		c		a	g	f		e		c	b	a			
9. 10.11.12. 13. 14.15.16. 17. 18.19.20.																				
	g		e																	
21. 22.																				

In hac tabella annus 1750. tribuatur primæ cellulæ, in qua Cyclus solaris 23. & Litera Dominicalis d. Sequenti anno 1751. respondet in altera cellula Cyclus 24. & Litera Dominicalis C. In tertio anno 1752. qui est Biffextilis, Cyclus solaris 25. & geminæ Literæ Dominicales b. & a. & sic deinceps, redeundo ad principium tabellæ, quando eam percurris, scilicet anno 1778. usque ad annum 1799. cui respondet Cyclus 16. & Litera Dominicalis f. Cum autem sequens annus 1800. juxta correctionem Gregorii, biffextilis non sit, mutatio aliqua accidit circa Literas Dominicales: nam ei respondebit Cyclus solis 17. sed unica tantum Litera Dominicalis E: sequenti anno 1801. Cyclus solis 18. & Litera Dominicalis D. hoc ordine facile erit novam formare tabulam sequenti sæculo respondentem.



**Cyclus****Lunaris :**

§. 421. Cyclus Lunæ est periodus novendecim annorum, a METONE Atheniensi excogitata, ut Lunaris motus cum solari ad æqualitatem reduceretur. Vocatur *Numerus Aureus*, aureisque olim pingebatur characteribus ob præstantem ejus usum. Prout sol annuo, sic Luna menstruo motu zodiacum lustrat. Solum illud mensem Lunarem hic consideramus, qui *Synodicus* dicitur, quo Luna ab una conjunctione cum sole ad alteram redit, scilicet a Novilunio ad alterum Novilunium; & quidem non *Astronomicum*, in quo minuta minorum observantur; sed *Civilem*, quo vulgo populi utuntur, quique neglectis horis & minutis, alternis vicibus constat diebus 30. quæ vocatur *Lunatio plena*; & 29. quæ dicitur *Lunatio cava*. Ex his Lunationibus mensibus lunaribus, fieri possunt anni mere Lunares, quales in usu esse apud Turcas diximus; (§. 417.) vel cum annis solaribus componitur quod a Metone tentatum. Nempe duodecim menses lunares, qui continent dies 354. comparentur cum duodecim mensibus solaribus, qui continent dies 365. quolibet anno præterfunt undecim dies, quibus anni solaris

solaris excedit lunarem : hi post tres annos conficiunt triginta tres dies : proin producunt mensem lunarem 30. dierum cum tribus diebus residuis : insunt igitur huic anno tredecim lunationes , scilicet duodecim communes , & una , quæ *embolismica* dicitur , seu intercalaris , ob quam causam ipse etiam annus appellatur *embolismicus*. Si hoc modo pergatur , & singulis annis addantur dies undecim , & ex triginta superfluis conficiantur menses embolismici , quorum sex habent triginta , & septimus viginti novem dies ; apparebit denique , anni - lunaris & solaris exordium eodem rursus modo coincidere , quo se habuerat ante annos novendecim : nihilominus successu temporis deprehensum est , hunc Cyclum Metonicum errore non carere. Porro si retrocedendo singulas decennovenales periodos numeremus , primum *Æræ Christianæ* annum in eum incidere comperiemus , qui Cycli decennovenalis secundus est. Quare si annis *Æræ Christianæ* unitatem addideris , & summam per 19. divideris ; si quid residuum fuerit , id numerum aureum isti anno debitum indicabit : si nihil sit residuum , annus Cycli hujus

O o 4 Lu-

Lunaris erit 19. Sic inuenies annum  
1758. esse Cycli undecimum.

*Indictio:*

§. 422. Insuper pro indicandis an-  
nis Julianis sæpe usurpatur *Indictio*,  
quo nomine intelligitur pensitatio  
quorundam tributorum, quorum  
Canon & modus quot annis indice-  
batur 39.). *Indictionum Cyclus*,  
est 15. annorum periodus semper re-  
volubilis, cujus notitia utilis est ad  
discernenda antiqua Instrumenta &  
Diplomata, quibus adjici solebat, &  
adhuc hodie a Notariis publicis adji-  
ci solet numerus *Indictionis*. Alia  
*Indictio* est *Constantinopolitana* seu gra-  
ca, quæ a Calendis Septembribus ini-  
tium sumit: alia *Cæsarea*, quæ inci-  
pit octavo Calendas Octobris: alia  
*Pontificia*, seu Romana, quæ in  
*Pontificiis* diplomatibus adhibetur, &  
a Calendis Januariis, quæ priores duas  
illas epochas sequuntur, sumit exor-  
dium 40.). *Antiochiæ* 41.) & per *Egy-  
ptum*

- 39.) In Codice Theodof. habentur Tituli  
*de Indictionibus*. item *de superindictio*.  
40.) PETAVIUS Rationar. tempor. p. I. lib.  
6. c. I.  
41.) Colligitur ex Chronico ALEXANDRI  
no pag. 439. ubi Epochæ ducitur a men-  
se Mayo

*De Calendario Ecclesiastico.* 585

ptum 42.) Indiçtio a Calendis Maij ducta olim videtur. Si per istam quindecim annorum periodum retrogrediamur ad primum æræ Christianæ annum, coincidit ille cum quarto Indiçtionis Pontificiæ. Cuius igitur annorum Christi numero addantur 3. dividaturque summa per 15. si præter quotientem nihil est reliqui, annus Indiçtionis est 15. si reliquus sit numerus, is annum Indiçtionis indicabit. Sic anno 1758. addantur 3. erunt, 1761. dividatur hæc summa per 15. prodibunt ultra quotientem 113. adhuc 6. quæ designant annum 1758. esse sextum Cycli Indiçtionis.

O o 5      §. 323.

Majo, quo libertate donata est Antiochia a JULIO CÆSARE, additurque: *Incipit ergo Antiochiæ annus primus (Caij Julii Cæsaris Dictatoris) & annus primus Indiçtionis, quæ annos continet quindecim, a primo anno C. Julii Cæsaris.*

42.) L. 3. Cod. THEOD. de Indiçtion. jubet Imperator, eam Constitutionem, quæ de Indiçtionibus aliquid disponit, publicari per Ægyptum ante Calendas Maij: quia scilicet mense Majo messis peragebatur in Ægypto, ut testatur PLINIUS lib. 18. c. 18.

*Periodus  
Juliana.*

§. 423. Ex tribus memoratis Cyclis, nempe Solari, Lunari & Indictionis inter se multiplicatis, conficitur *Periodus Juliana* sic dicta, quae anni a Julio Caesare ordinati rationem sequitur continens annos 7980. Hæc maximæ esset utilitatis, si antiqui scriptores cujusque anni cyclum notassent: nam inter annos 7980 ne unus quidem occurrit annus, qui tres illos cyclos prorsus eosdem cum alio habeat. Juxta superius dicta si a nostris temporibus retrogradiendo numeremus Cyclorum periodos inveniemus anno primo æræ Christianæ tribui debere decimum Cyclum Solariis, secundum Cycli Lunaris sex aurei numeri, & quartum Indictionis annum. Unde inferimus annum primum æræ Christianæ fuisse in periodo Juliana annum 4714. cum in tota periodo Juliana 7980. annorum nullus alius reperiatur annus, cui simul conveniat cyclus solaris 10. numerus aureus 2. & Indictio 4. Nam si summa annorum 4714. dividatur per Cyclum solarem 28. ultra quotientem 168. remanebunt 10. Si dividatur eadem summa per Cyclum Lunarem 19. ultra quotientem 248. remanebunt 2. Si dividatur per Cyclum

*De Calendario Ecclesiastico.* 587

ditionum 15. ultra quotientem 314. supererunt 4. Unde si annos æræ Christianæ numeremus usque ad annum 1758. addendo scilicet hos annos anno Periodi Iulianæ 4713. qui præcesserat initium æræ Christianæ; patet, istum annum 1758. esse in periodo Iuliana annum 6471. Hanc summam si dicto modo dividamus per 28. dein per 19. demum per 15. restabunt post divisiones peractas 3. pro Cyclo Solari: 11. pro Lunari, & 6. pro Cyclo Indictionis ejusdem anni 1758. Cum autem ante Christum Natum, & sæpe etiam post istud tempus, horum Cyclorum usus non fuerit adhibitus; hinc inexplicabiles ambiguitates in Chronologia occurrunt, ita ut sciamus quidem, quot anni æræ Christianæ vulgaris hucusque effluerint: ignoremus tamen, an annus primus hujus æræ mox secutus fuerit Nativitatem Christi, quæ ad finem Decembris contigit. Nam probabilius Nativitas Christi hanc Epocham æræ Christianæ quinquennio præcessit. Nec mirum, si aliquis error hac in re irrepsit. Quamvis enim quidam Autores antiqui annorum a Christo nato mentionem faciant; in Calendariis tamen aut actis

actis publicis, Epocham Christi ante  
 sæculum sextum adhibitam non re-  
 perimus 43. ). Plura ut de ejusmo-  
 di Periodis & Epochis addamus, non  
 est hujus instituti.

*Calendarii  
 Juliani*

§. 424. Hucusque dicta Calende-  
 rii Juliani ordinationem explicant,  
 quod in constituendo Festi Pascha-  
 lis die Patres Concilii NICÆNI  
 cuti sunt, & Ecclesia ad alios suos  
 usus hucusque adhibuit, emendatis  
 quibusdam vitiis, quibus laborare  
 post plurimum annorum lapsum, com-  
 pertum est. Nam JULIUS CÆSAR  
 tanquam certum posuit, annum 365  
 dierum, & 6. horarum integrarum  
 curriculo definiri, cum illæ tamen  
 sex horæ integræ non sint, sed unde-  
 cim circiter minutis truncata, et  
 quorum neglectu singulis annis Ver-  
 sedem suam anticipavit, adeo ut an-  
 no 1582. æquinoctium vernum de-  
 cem fere diebus antecederet sedem  
 quam tempore Julii Cæsaris obtine-  
 bat, & a vigesimo primo mensis Mar-  
 tii die, cui Concilium NICÆNUM  
 æquinoctium istud affixerat, ad un-  
 deci-

43.) Vid. RICCIOL. Chronolog. Refor-  
 tom. I. lib. 8. c. 1. PETAVIUS de Doctr-  
 na tempor. lib. 12.

decimum ejusdem mensis diem reduceretur.

§. 425. Alterum vitium Calenda-*Vitia,*  
rii Juliani erat, quod Cyclus decen-  
novalis, seu numerus aureus, ita  
constans statutus fuerit, ut decimo  
rono quoque anno redeunte, No-  
vilunia & Plenilunia in eosdem dies,  
horas & minuta redeant, cum tamen  
fere sesquihoræ tempus anticipent.  
Cum igitur NICÆNA Synodus san-  
civerit, celebrandum Pascha in per-  
petuum die Dominica proxima a Lu-  
na decima quarta, seu a decimo quar-  
to die primi mensis lunaris, hoc est,  
ejus mensis, cujus luna decima quar-  
ta incidit in æquinoctium vernalis,  
vigesimo primo Martii affixum, aut  
proxime post æquinoctium; ani-  
madversum demum est, quod Novi-  
lunia & Plenilunia quatuor & amplius  
diebus citius contingerent, quam  
Numerus aureus demonstraret, ita ut,  
quæ ex Cyclo habebatur Luna de-  
cima quarta, re ipsa esset Luna de-  
cima octava, sicque Pascha non am-  
plius a Luna 15. in 21. sed a Luna 19.  
in 25. inclusive celebraretur.

§. 426. His incommodis jam du-*Per Grego-*  
rum quærebatur remedium. *Perium XIII.*  
TRUS DE ALLIACO Cardinalis Ca-*emendata,*  
me-



meracensis obtulit JOANNI XXIII & Synodo Romanæ anno 1412. bellum de emendatione Calendarii formavit quidem Pontifex Decretum circa istam causam; noluit tamen istud executioni mandari, neque quo sedato schismate Deus Ecclesiæ suæ unionem dederit. Schismaticis igitur Pontificibus sedentis, dictus Cardinalis eundem libellum, adjecta formula Decreti Pontificii exhibuit Concilio CONSTANTIENSI anno 1417. 44.). Cum autem nec hoc loco res perfecta fuisset, NICOLAUS CUSANUS in Concilio BASILEENSI idem argumentum erudito opusculo tractavit 45.). Rursus constitutum erat LEONI X. Pontifici, negotio huic finem imponere in Concilio LATERANENSI. Scripsit igitur ad MAXIMILIANUM Imperatorem, ut ejus jussu præstaretur

- 
- 44.) Tam libellum PETRI ALLIACENSIS quam Decretum Pontificium sinit Heermannus MANNUS VON DER HARDT Concil. Constant. tom. 3. part. 6. fol. 72. seqq.
- 45.) Hic libellus cum aliis opusculis Schismaticis NICOLAI CUSANI insertus operum Volumini 2. & inscribitur: *De reformatione Calendarii.*

*De Calendario Ecclesiastico.* 591

tes Mathematici vel Romam venirent, vel per literas mentem suam aperirent in decima Concilii sessione Kalendis Decembribus 1514. habenda. Imperator voluntatem Pontificis aperuit Academiae Ingolstadiensis, ex qua JOANNES ECKIUS doctum libellum ad Pontificem misit (46.): sed gloriam confecti hujus negotii Deus reservavit GREGORIO XIII. qui *ut res, quæ omnium communis est, communi etiam omnium consilio perficeretur*, anno 1577. Compendium novæ rationis restituendi Calendarium juxta Cyclum Epactarum ab ALOYSIO LILIO ordinatum, misit ad Principes Christianos & celeberrimas quasque Academias (47.), adhortans Mathematicos, ut re diligenter considerata, aut ea, quæ a Lilio proponuntur, probarent, aut  
si

---

46.) Titulus libelli est: *De vera Pasche celebratione Joannis Eckii Theologi Diarthis ad Leonem X. Pont. Max.* Libellus hic cum Epistola Pontificis ad Imperatorem, & Imperatoris ad Universitatem Ingolstadiensem impressus est Ingolstadii 1515.

47.) Compendium istud exhibet CLAYIUS in Proœmio Explicationis Calendarii.

si quid istis rectius nosset, candidè impertiri vellent, promittens imper, quæ ratio majori doctorum hominum parti aptior, convenientiorque visa fuerit, eam quasi totius Christiani orbis consensum se esse probaturum atque secuturum. Auditis igitur & ponderatis doctissimorum hominum sententiis 48.), negotium hoc feliciter absolutum, & Calendarium novum per orbem Christianum promulgatum fuit, adjecta Bulla *Inter gravissimas*. 6. Kal. Martii 1582. Unde Calendarium, quod antea a Julio Cæsare *Julianum* dicebatur, passim nunc appellatur *Gregorianum*, quo vitia quædam Juliani Calendarii emendata fuerunt.

*omittendo  
decem dies,*

§. 427. Ad primum vitium (§. 424.) emendandum, dicto anno 1582. decem dies omitti sunt, ita ut post festum S. Francisci, quod incidit in diem quartum Octobris, mox sequens dies pro decimo quinto Romæ habitus

48.) Plures, quorum consilii usus est Petrus, recensentur in Appendice Theophrasti Histor. lib. 76. ad ann. 1582. & apud alios qui Historiam Calendarii narrant.

*De Calendario Ecclesiastico.* 593

bitus fuerit 49.). Et hac ratione tempestates omnes, & solemnitates ad destinatas sedes in Calendario Gregoriano revocatae sunt. Ad praecavendum autem eundem errorem prosequentibus temporibus statutum est, ut quadringentis quibusque annis omitterentur dies tres intercalares, ita ut cum annus 1600. fuerit bissextilis, anni 1700. 1800. 1900. qui secundum Julii Caesaris Calendarium bissextiles esse deberent, pro communibus habendi sint, nec intercalari die adaugendi.

P p

§. 428.

49.) In Gallia mense Novembri, anni novi emendatio promulgata est, exemptisque decem diebus sancitum, ut qui decimus dies Decembris erat, vicesimus numeraretur, & ita decimo quinto Decembris, Natalis Domini eo anno celebratus est. Ita THUANI Histor. Appendix lib. 76. ad ann. 1582. ubi notatur, hoc Edictum conditum fuisse Thuano nuper defuncto, qui dum in vis esset, fuerat acerbe de eo cum Rege ipso altercatus, & haud dubie, si viveret, publicationem fuisset impediturus. Pro aliis Provinciis, in quibus dicta emendatio mense Novembri non fuerat secuta, declarationem edidit GREGORIUS, ut sequenti anno post diem decimam Februarii mox transitus fiat ad vigesimum primum Februarii. Constitutio & Declaratio habetur Bullar. tom. 2. p. 74.

& ordi- §. 428. Alterum vitium (§. 425.)  
 nando Epa- in Cyclo decennovenali animadver-  
 ctas, sum, emendationem obtinuit per  
 Cyclum Epactarum recens inventum  
 ab ALOYSIO LILIO, Romano Me-  
 dico & Astronomo, qui Cycus in  
 locum aurei numeri Calendario ap-  
 positus, ad certam aurei numeri noc-  
 tam directus est, methodo tamen  
 Liliiana per P. CLAVIUM paulo im-  
 mutata. *Epactarum* nomine intelli-  
 tur excessus anni solaris, supra luna-  
 rem. Undecim esse hos dies supra die-  
 ximus, ex quibus per plures annos  
 superadditis, conficiuntur menses  
 embolismales anni lunaris, continen-  
 tes dies triginta. Itaque Epacta prima  
 est XI. secunda XXII. tertia III. sub-  
 se intercalari: quarta XIV. quinta  
 XXV. sexta VI. & sic deinceps  
 novendecim annos, quos numerus  
 aureus designat. Cum autem pro-  
 pter intercalationes nonnunquam  
 omittendas, & propter cursum Luna-  
 ris non exacte computatum, Novembria  
 & Plenilunia post 19. annorum  
 curriculum non accurate redeant  
 suam priorem sedem, ideo inventae  
 sunt triginta numeri Epactales, qui  
 retrogrado ordine singulis anni  
 bus

*De Calendario Ecclesiastico. 595*

bus solent apponi. Numerus quidem trigessimus non exprimitur, sed loco hujus asteriscus, ut consideranti patet in præfixo Calendario. Quare aliquibus diebus apposita sit duplex Epacta, aliquibus etiam numerus Arabicus 25. nec vacat, nec ad præsentis opusculi institutum, opus est hoc loco explicare.

§. 429. Juvat adjicere tabellam, quarumtabella exhibetur. in qua notantur aurei numeri & re-  
spondentes Epactæ ab Anno 1700. usque ad annum 1900. exclusive. Cur autem & ad quem usum subjungantur Literæ Martyrologii, patebit infra.

Aureus num.	10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.
Epact.	IX.	XX.	I.	XII.	XXIII.	IV.	XV.
Lit. Martyrol.	i	A	a	m	D	d	q
Aureus num.	17.	18.	19.	1.	2.		
Epact.	XXVI.	VII.	XVIII.	*	XI.		
Lit. Martyrol.	G	g	t	P	l		
Aureus num.	3.	4.	5.	6.	7.		
Epact.	XXII.	III.	XIV.	XXV.	VI.		
Lit. Martyrol.	C	c	p	F	f		
Aureus num.	8.	9.					
Epact.	XVII.	XXVIII.					
Lit. Martyrol.	f	M					

Ut quovis anno facilius reperiat  
Aureus numerus & Epacta respon-  
dens, notandum est, sicut Aureus  
numerus 10. primo loco positus, in  
usu

usu est anno 1700. ita etiam Cyclo-  
annorum novendecim completo,  
idem numerus in usu est anno 1719.  
1738. 1757. 1776. 1795. 1814. 1833.  
1852. 1871. 1890. Si igitur scire  
desideras, quisnam Aureus numerus  
& Epacta sit Anno 1758. notabis ex  
memoratis annis, quod Anno 1777  
convenit primo loco positus nume-  
rus Aureus & Epacta, consequenter  
quæ secundo loco ponuntur, usum  
habent Anno 1758. scilicet Aureus  
numerus II. & Epacta XX.

*Ex Calen-* §. 430. Calendarium ita dispo-  
*dario de-* tum servit ad hoc, ut *Festa mobilia*  
*prehenditur* ad sua quæque tempora singulis an-  
*Dies Pa-* nis referantur. Præcipua habenda  
*schatis,* est ratio Festi Paschalis, ex cuius con-  
stitutione pendent reliqua. Pascha-  
le autem festum a Luna XIV. primi  
mensis Lunaris repetendum est :  
Lunæ XIV. notitia ex Epacta curren-  
te est deducenda. Hæc enim Epac-  
ta ex præcedenti Canone (§. 429.)  
investigata, indicabit in Calendario  
singulos anni dies, quibus Noviltu-  
nia contingent; unde Plenilunia &  
Quadraturæ innotescunt. E. G. nu-  
merus Epactalis anni 1758. est XX.  
ubicunque igitur in tabulis mensium  
occurrit hic numerus XX. ibi Luna-  
tio-

*De Calendario Ecclesiastico. 597*

tionum hujus anni designatur initium, scilicet ad diem 11. Januarii, 9. Februar. 11. Martii, 9. Aprilis &c. Hoc tamen non accurate ac secundum calculum astronomicum accipitur, sed juxta calculum politicum, & ad populi mores accommodatum. Is vero apud Hebræos, ut supra dictum, vocatur primus mensis, cujus XIV. Luna vel cadit in diem verni æquinoctii, quod die 21. mensis Martii contingit, vel propius ipsum sequitur. Primus autem mensis semper initium sumet inter diem octavum Martii, & quintum Aprilis utrinque inclusive: ille igitur dies faciet initium primi mensis Lunaris, cui intra spatium dictorum dierum Epacta ejus anni adscripta est: adscribitur autem Epacta XX. diei undecimæ mensis Martii: proin initium primi mensis Lunaris anno 1758. cadit in diem undecimam Martii: ab hac die inclusive numerantur dies quatuordecim, scilicet usque ad diem vigesimam quartam Martii, consequenter dies vigesima quarta Martii dicitur anno 1758. Luna decima quarta primi mensis. Sequens Dominica post hanc Lunam 14tam erit dies Paschalis: hoc desumitur ex Litera

Pp 3

Do-



Dominicali ejus anni, quæ Anno 1758. est A. Hæc litera post vigesimam quartam Martii primum occurrit die vigesima sexta Martii: proin hoc die celebratur Pascha isto anno. Si vero dies ipse XIV. Lunæ caderet in diem Dominicam, proximus dies Dominicus erit Paschalis, ne cum Judæis conveniamus.

*Et alia Festa mobilia,* §. 431. Pro aliis Festis mobilibus, inveniendis notanda sunt sequentia.

Ante Pascha per sex hebdomades numeratur tempus quadragesimale, cujus dies Dominici sortiuntur nomina in Ecclesia, *Palmarum, Judica, Letare, Oculi, Reminiscere, Invocavit,* seu prima Quadragesimæ: ascendendo adhuc per hebdomadem occurrit *Dominica Quinquagesimæ,* & feria quarta ejus hebdomadis *dies Cinerum:* hanc hebdomadem præcedit *Dominica Sexagesimæ,* istam autem *Dominica Septuagesimæ* 50. ). Post diem Octavam Paschæ, quæ vocatur *De mi-*

50.) De ratione Septuagesimæ, Sexagesimæ & Quinquagesimæ, præter alios rerum harum tractatores, legi potest Epistola CAROLI M. ad ALCUINUM, quæ in Bibliotheca SS. Patrum subjungitur ALCUINI libro de Divinis Officiis.

*De Calendario Ecclesiastico. 599*

minica in *Albis* numerantur quinque hebdomades, in quarum ultima sunt dies Rogationum, & feria quinta celebratur festum *Ascensionis*. Post sextam hebdomadem sequitur *Pentecoste*; octavo post die Festum *SS. Trinitatis*, & dein feria quinta Festum *Corporis Christi*. A Dominica *Pentecostes* numeris signantur Dominicae usque ad *Adventum Domini*: hic celebratur semper a die Dominico, qui propinquior est festo S. *Andreae Apostoli*, nempe a die 27. *Novembris* inclusive usque ad diem 3. *Decembris* inclusive; ita ut *Litera Dominicalis* ejus anni eurrens, quæ reperitur in *Calendario* a die 27. *Novembris* usque ad 3. *Decembris*, indicet *Dominicam primam Adventus*, quod anno 1758. ad ipsum diem 3. *Decembris* contingit. *Quatuor tempora* celebrantur quarta & sexta feria, ac Sabbatho post tertiam *Dominicam Adventus*, post primam *Dominicam Quadragesimæ*, post *Dominicam Pentecostes*, post festum *Exaltationis Sanctæ Crucis* 51.).

P P 4      §. 432.

---

51.) Cum anno 1757. festum *Exaltationis S. Cru-*

*Etiam in  
anno Bis-  
sextili.*

§. 432. Porro in annis Bissextilibus, Festa mobilia, quæ occurrunt ante festum S. Mathiæ Apostoli, forte Septuagesima & dies Cinerum, inveniuntur per literam Dominicalem priorem in Calendario, in tabulis autem Paschalibus, quas adungere operæ pretium non censuimus, inveniuntur per literam posteriorem, quæ curret post festum S. Mathiæ Apostoli, ita tamen ut Septuagesimæ & diei Cinerum inventæ in Januario aut Februario addatur unus dies. Sic Annus 1760. est Bissextilis, habetque literas Dominicales F. & E. si Septuagesimam & Diem Cinerum investiges in Calendario, designabit litera F. Dominicam Septuagesimæ tertiae Februarii, & feria quarta occurret die 20. Februarii prodit diem Cinerum: dies autem Paschæ occurret sexta Aprilis notatur Litera Dominicali E. Si autem eosdem dies invenire velis in tabulis Paschalibus, qua  
Bre-

---

S. Crucis, seu dies decimus quartus Septembris incidit in feriam quartam, erronee aliqua Calendaria hanc ipsam diem posuerunt pro feria quarta quatuor Temporum. Rubrica autem assignat feriam quartam *post* dictum festum.

*De Calendario Ecclesiastico. 601*

Breviariis Clericorum præfigi solent, omnes illi dies investigandi sunt sub litera Dominicali E. ubi reperies diem secundam Februarii pro Dominica Septuagesimæ; & decimam nonam ejusdem mensis pro die Cinerum: addendus est igitur utrinque dies, & computandus dies tertius pro Dominica Septuagesimæ, & dies vigesimus Februarii pro die Cinerum.

§. 433. *Calendarium* sic ordinatum magna gratulatione a plerisque *Calendarium Gregorianum* Europæ Regibus ac Principibus receptum, ac in usum deductum fuit: *recipitur*, Protestantes tamen Germaniæ non ex alia magis ratione, quam quod a Romano Pontifice profectum sit, maluerunt antiquum errorem prosequi, & adhærere Calendario Juliano, quod semper magis magisque a cœli motibus & mente Concilii Nicæni circa celebrationem Paschæ, aliorumque festorum recedebat. Unde in omnibus publicis Instrumentis, quæ Catholicis & Protestantibus communia erant, duplici opus erat nota pro designando anni die, stylo veteri & novo. Sic Instrumentum Pacis Osna-brugensis signatum est  $\frac{1}{24}$  mensis Octobris 1648.

P p 5

§. 434.

*non tamen a Prote-*  
*stantibus,* §. 434. Tandem ad finem sæculi  
 decimi septimi, Protestantes cogita-  
 runt se propinquius conformare cœ-  
 lo, statueruntque, ineunte novo sæ-  
 culo, scilicet anno 1700. ex Februa-  
 rio, qui eo anno, juxta Calendarium  
 vetus Biffextili, deberet habere dies  
 29. delere 11. dies, ita ut Februarius  
 haberet solummodo dies octodecim,  
 & primus dies Martii computaretur  
 juxta ordinem Calendarii Gregoria-  
 ni. Ne autem prorsus cum hoc con-  
 venirent, decreverunt, rejectis Cy-  
 clis Lunaribus Epactarum, æquino-  
 ctium & initium primi mensis Luna-  
 ris determinare juxta calculum Astro-  
 nomicum (52.). Circa modum id  
 exequendi, recurrerunt ad Acade-  
 miam Regiam Scientiarum Parisien-  
 sem per Literas Illustris LEIBNITII  
 datas Hanoveræ 8. Febr. 1700. Re-  
 spondit Academia, si præ Cyclis pla-  
 ceat adhibere calculum Astronomi-  
 cum, nihil magis congruere, quam ut  
 attendatur ad Tabulas D. de la Hire,  
 propediem in lucem edendas 53.)  
 § 435.

- 52.) Hoc Conclusum cum multis actis præ-  
 viis exhibet Theatrum Europæum tom.  
 15. ad ann. 1700. a pag. 691.  
 53.) Referuntur hæc in Historia Acad-  
 miæ Regiæ ad Ann. 1700.

*De Calendario Ecclesiastico. 603*

§. 435. Dum Protestantes in Germania de mutando Calendario Juliano consilia agebant, etiam Romana Aula rationem indagabat conciliandis Lutheranos cum Catholicis in hoc negotio. Consultatum igitur, an opus esset aliqua Calendarii Gregoriani reformatione, ne Lutherani ullum haberent prætextum illud rejiciendi. Congregationi super hoc negotio constitutæ præficiebatur Cardinalis NORISIUS; Secretarium agebat D. BIANCHINI: communicabantur consilia cum D. CASSINI celeberrimo Astronomo in Gallia, & cum D. MARALDI, qui tunc Romæ versabatur. D. CASSINI 54.) censebat, Calendarium Gregorianum nulla indigere reformatione, sed solummodo mentem Gregorii exacte esse implendam, & Decimam quartam Lunam Paschalem suo in loco, a quo *quatuor* *et* eo amplius dies eo tempore distabat, reponendam: per emendationem autem hucusque factam solummodo per tres dies Lunam

---

54.) Ejus Differtatio *de la Correction Gregorienne des mois Lunaires Ecclesiastiques* inserta est Diariis Academiæ Regiæ ad annum 1701.

nam Paschalem retrocessisse ad tempus, quo fuerat tempore Concilii NICÆNI, consequenter non omnino impletam esse mentem GREGORII XIII. 55.). Quidquid de hoc sit, tam ipse D. CASSINI, dum vixerat, censuit; tum Academia Regia Parisiensis censet hucusque semper, retinendum esse Calendarium Gregorianum cum suis Cyclis, neque Lunam Paschalem computandam esse juxta calculum Astronomicum. Unde dum D. FILLIOL anno 1731. exhibuisset librum, inscriptum: *Nouvelle distribution politique du Temps*, ubi dies Paschatis determinabatur per calculum ex Tabulis Astronomicis deductum, laudavit quidem Academia

55.) In eundem sensum D. CASSINI scripsit aliam Dissertationem *Des Equations des Mois Lunaires & des Années solaires*, relatam in Diario Academiae Regiae ad ann. 1704. pag. 201. Contra hanc Diario Trivultiano ad Ann. 1728. mense August. art. 78. & Septembr. art. 87. inserta est *Analyse Astronomique de l'Hypothese Lunaire du Calendrier Gregorien par le P. Mahoudeau*. Huic Analysi in eodem Diario ann. 1730. mens. Jan. art. 4. & Febr. art. 12. opponuntur *Reflexions de M. Maraldi sur la Dissertation du R. P. Mahoudeau*.

tem-  
ncili  
omni  
GO-  
hoc  
n vi-  
Re-  
sem-  
rium  
eque  
n ef-  
cum.  
731.  
Nov-  
ubi  
per  
nicis  
cade-  
nia  
x feri-  
ations  
laives.  
tae ad  
Diario  
ngult.  
An-  
ire du  
ideam.  
1730.  
oppo-  
ur la

ma diligentiam & eruditionem Au-  
toris, censuit tamen, subtilitates Astro-  
nomicas in hoc negotio esse nec neces-  
sarias, nec possibiles, cum Astronomi  
non dum exacte convenerint circa  
veros motus Astrorum : insuper ex  
hoc calculo Astronomico sequi, quod  
Pascha non possit celebrari eodem  
die per totum orbem, quod omnino  
esset inconueniens 56. ). Agнове-  
runt enim hi & alii rerum harum ex-  
pertissimi Viri, quod CLEMENS  
VIII. Pontifex Maximus monet 57. ),  
mirandum non esse, quod Cycli nostrarum  
Paschatarum in dies Calendarii distributus,  
interdum in Noviluniis, ac Lunis XIII.  
Paschalibus non omnino cum motibus cœ-  
lestium consentiat, cum hoc in omni Cyclo  
necessario eveniat, satisque sit, quod error  
hic, qui vitari nequit, multo rarior depre-  
hendatur in novo hoc Calendario, quam in  
ullo alio.

§. 436.

66.) Histoire de l' Academie Royale ad ann.  
1731. ubi articulus de Chronologia his  
verbis finitur: tout consideré, il se trouve  
que l' Eglise a agi avec beaucoup de pru-  
dence de s' en tenir au Calendrier Grego-  
rien, sauf à y faire dans la suite du tems  
quelque réforme, si on le juge nécessaire.  
57.) In Literis præfixis libro CHRISTOPH.  
CLAVII de Explicatione Calendarii.



*¶ Plenilunium Paschale*

§. 436. Hæc, & plura alia permovere Protestantes non possunt ad amplectendos Cyclos Gregorianos, ne revereri Pontificis auctoritatem videantur (§8.). Fixum igitur ipsis manet, rejectis Epactarum cyclis, Plenilunium Paschale, quod terminum Paschalem vocant, ad observationes Astronomicas determinare: cum autem hæ in omnibus Regionibus ob diversos Circulos Meridianos non possint esse conformes, Specula Mathematica *Uranoburgica* legem debet præscribere aliis Provinciis (§9.) ita ut Lutherani, si qui in Asia degant, censentur accuratissime ad calculum Astronomicum celebrare suum Pascha, modo Meridiano *Uranoburgico* se conforment, quamvis phases Lunæ in Asia aliud exigant.

*Determinandi ad Meridianum Uranoburgicum.*

§. 437. Cum igitur Ecclesia Catholica, id est, per totum orbem diffusa, nec velit, nec prudenter possit exigere Cyclum minutiis Astronomicis

58.) Hollandi, quamvis non profiteantur singularem reverentiam erga Pontificem, suadente tamen prudentia receperunt Calendarium Gregorianum.

59.) Juxta Conclusum  $\frac{10}{20}$  Januar. 1700 apud SCHAUROTH tom. I. pag. 194.

*De Calendario Ecclesiastico. 607*

semper conformem ; facile potest contingere, ut in Observatorio Uranoburgico Plenilunium determinetur una vel altera hora, aut etiam paucis minutis ante mediam noctem, quæ præcedit diem Dominicam : Cyclus autem Gregorianus designet terminum Paschalem ipsa die Dominica. In tali casu Protestantes mox illa die Dominica, quæ post Plenilunium incidit, Pascha suam celebrabunt : Catholici vero, qui Cyclo Gregoriano utuntur, illa ipsa die Dominica, inquam terminus Paschalis, scilicet decima quarta Luna incidit, non celebrabunt Pascha, ne cum Judæis conveniant, sed different ad Dominicam sequentem. Hac ratione in celebrando Paschate Lutherani a Catholicis per integram hebdomadem discrepabunt, licet quoad terminum Paschalem paucis horis, vel minutis distent. Hoc contigit Anno 1724. & 1744. non sine magna negotiorum turbatione per Germaniam. Idem rursus contingeret anno 1778. & 1798. si Protestantes vellent insistere calculo astronomico : nam his annis Plenilunium, quod ipsis est terminus Paschalis, jam die Sabbati, scilicet undecima Aprilis & 31. Martii occur-

curret 60.) consequenter Pascha mox  
 sequente Dominica scilicet 12. & 1.  
 Aprilis ipsis celebrandum esset: Cy-  
 clus autem Gregorianus Lunam XIII.  
 Paschalem his annis designabit in di-  
 ctis diebus Dominicis 12. & 1. Apri-  
 lis: Canon autem Calendarii Gre-  
 goriani exigit, ut Pascha celebretur  
 Dominica *post* Lunam XIV. scilicet  
 19. & 8. Aprilis. Ut igitur ipso ope-  
 re fateantur Protestantes, solos mo-  
 tus cœlestes considerandos non esse,  
 indagabunt illis annis cyclum Judæo-  
 rum, licet sequi non dignentur Cy-  
 clum Catholicorum: cum autem de-  
 prehensuri sint, Judæos juxta suum  
 cyclum dictis diebus Dominicis ce-  
 lebraturos Pascha, ipsi different hoc  
 festum in sequentem Dominicam, ut  
 potius cum Catholicis Pascha pera-  
 gant 61.). Unde facile perspicitur,  
 systema Protestantium, in quantum  
 a Calendario Gregoriano differt, nul-  
 lis constare firmis principiis 62.).

§. 438.

- 
- 60.) CLAVIUS pag. 426. Plenilunium  
 medium anni 1778. ponit D. 11. H. 12.  
 April. & anni 1798. D. 31. H. 13. Martii.  
 61.) Juxta Conclusum 30. Jan. 1723. apud  
 SCHAUROTH tom. I. pag. 199.  
 62.) Si cui ad manum non sint majora vo-  
 lumi-

*De Calendario Ecclesiastico.* 609

§. 438. Cum hanc totam noti-*Martyrolo-*  
tiam Calendarii ad usus præcipue Ec-*gium Ro-*  
clesiasticos inseruerimus, explicandæ *manum*  
restant Literæ & Numeri Martyrolo-  
gii Romani, in quo Festa per annum  
distribuuntur & annuntiantur. Sin-  
guli dies in hoc Martyrologio inscri-  
buntur iis notis, quas in Calendario  
Romano posuimus, *Calendis Janua-*  
*rii, Tertio Nonas Januarii &c.* Additur  
semper vox *Luna*, cui debet ab eo,  
qui diem añuntiat, adjungi numerus,  
denotans diem Mensis Lunaris, *Luna*  
*prima, Luna sexta &c.* Ut autem scia-  
tur, quota Luna annuntiari debeat,  
singulis diebus supra Sanctorum hi-  
storias dispositæ sunt Literæ triginta,  
quæ triginta Numeris Epactalibus re-  
spondent, subjuncto etiam alio nu-  
mero sub qualibet Litera. Literæ  
autem Epactis respondentes sunt istæ:

Q q

a b

lumina PETAVII, CLAVII &c. servient  
pro hac differentia inter Catholicos & Pro-  
testantes melius dignoscenda duo libelli  
P. JOSEPHI FALCII, unus inscribitur:  
*Animadversiones circa dubium, quod inter*  
*A catholicos oritur ratione Paschatis anni*  
*1724. alter: Christianum Pascha in Calen-*  
*dario Gregoriano rite celebratum.* Item  
P. FRANC. SCHUCH Disquisitio astrono-  
mica de Correctione Calendarii Ingolsta-  
diæ ann. 1699.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m
I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.	VIII.	IX.	X.	XI.	XII.
n	p	q	r	s	t	u					
XIII.	XIV.	XV.	XVI.	XVII.	XVIII.	XIX.					
A	B	C	D	E	F	f					
XX.	XXI.	XXII.	XXIII.	XXIV.	XXV.	25-					
G	H	M	N	P							
XXVI.	XXVII.	XXVIII.	XXIX.	*							

Utitur autem solummodo 19. Epactis, quot nimirum sunt aurei numeri: & quidem ab anno 1700. usque ad finem anni 1899. eum ordinem Epactarum tenemus, qui supra expositus est (§. 429.). Ut igitur annuntietur, quota sit Luna, sumendus est primum Aureus numerus anni currentis in superiori ordine tabellæ (§. 429.). vel Epacta currens in medio ordine illius tabellæ, respondens aureo numero illius anni: dein inquirenda Litera, quæ in tertio & inferiori ordine ejusdem tabellæ Aureo numero vel Epactæ subjuncta est. Hæc Litera vocabitur Litera Martyrologii per totum illum annum; & per numerum, qui in ipso Martyrologio singulis diebus sub ea reperietur, ostendet, quota Luna sit pronuntianda singulis diebus totius anni currentis. Exemplum: anno 1758. currit aureus numerus 11. & respondens Epacta XX. huic in tabella

*De Calendario Ecclesiastico. 611*

bella (§.429.) subicitur Litera Martyrologii A majuscula. Unde singulis diebus annuntiatur in Martyrologio Luna adjecto illo numero, qui in serie numerorum & Literarum Catalogo Sanctorum præfixa, respondet Literæ A majusculæ. Quarta igitur Novembris Anni 1758. promulgationi Sanctorum hæc formula præmittitur: *Pridie Nonas Novembris Luna tertia.* Ad illum enim diem videbis in Martyrologio numerum 3. subjectum Literæ A. quæ respondet Epactæ XX. Hæc ipsa autem Epacta XX. in Calendario signat pro anno 1758. initium mensis Lunaris die secundo Novembris: quarta igitur dies Novembris, est tertia dies mensis Lunaris juxta Cyclum Gregorianum.

§. 439. In eodem Martyrologio *Servit pro* in margine ex una parte singulis die-  
*Calendario.* bus solet poni numerus vulgaris, qui denotat diem mensis nostro vulgari modo numerandum. Ex altera parte ponitur una ex septem primis Literis Alphabeti, denotans diem hebdomadis, prout hæc septem Literæ in Calendario per totum annum disponuntur. Cum igitur Anno 1758. habeatur Litera Dominicalis A. hæc ipsa Litera in Martyrologio occurrens signabit

Q 92

gnabit diem Dominicam per totum hunc annum. Huic Literæ insuper in Martyrologio solet adjungi Numerus Epactalis, sicut in Calendario posuimus, habiturus eundem usum, quem Epactis assignavimus (§. 428.). Cum igitur ex dictis numerus Epactalis XX. respondeat Literæ majusculæ A. Martyrologii, ideo ubicunque in Martyrologio Literæ Dominicali adjuncta apparet Epacta XX. semper in serie Literarum & numerorum Vitis Sanctorum præfixa, Litera Majuscula A. subjectum habebit numerum I. quod signum est, illam esse primam diem mensis Lunaris juxta Cyclum Gregorianum. Si itaque ad manum sit Martyrologium Romanum novum, scilicet post Gregorianam Calendarii correctionem editum, non indigebis alio Calendario: nam præter festa immobilia, quæ ibi pro singulis diebus recensentur, possunt etiam festa Paschalia & alia mobilia, item Novilunia, Plenilunia, aliaque ex Calendariis peti solita, juxta Cyclum Gregorianum deprehendi ex Literis Dominicalibus, numeris Epactarum, & Literis Martyrologii ibidem apposis (§. 440.).

63.) Vid. Explicationes & Rubricæ Marty-

De Calendario Ecclesiastico. 613

§. 440. Ut notitia Calendarii Ec-<sup>Chronolo-</sup>  
clesiastici seruiat etiam pro intelligen-<sup>giæ termini:</sup>  
dis antiquorum Historicorum notis  
Chronologicis, iuvat sub unum aspe-  
ctum apponere voces quasdam scitu  
necessarias, cum sine Chronologia,  
mera confusio in studio Sacrorum Ca-  
nonum & Legum oriri necesse sit.  
*Chronologia* est Scientia temporis. *Sæ-*  
*culum* est spatium centum annorum.  
*Lustrum* est spatium quinque anno-  
rum, intra quod tempus Romani di-  
numerabant & lustrabant populum  
suum. *Olympias* continet quatuor  
annos, quibus evolutis celebraban-  
tur apud Græcos famosi Ludi Olym-  
pici, prope urbem Olympiam in Pe-  
loponneso. Antiqui Historici com-  
putabant Olympiades, sicut Roma-  
ni Consules, ad denotanda tempo-  
ra narrationum suarum, qui usus ces-  
savit a sæculo quinto Christi. *Epocha*  
est fixus articulus Historiæ, notabi-  
lius factum continens, certoque tem-  
pori alligatus: *Epocha sacra* desumi-  
tur

Qq 3

tur

tyrologiis Romanis præfixæ. Exceptio  
quæ ibi ponitur pro lunatione Januarii  
quorundam annorum, non turbabit nos  
usque ad annum 1900. ultra quem ter-  
minum non sumus nunc solliciti.



tur ex SS. Bibliis, uti Diluvium anno Mundi conditi 1656. *Ecclesiastica* ex Historia Ecclesiæ, uti primum Concilium Nicænum anno Christi 325. *Profana* seu *Politica* concernit Imperia & Monarchias, uti Coronatio Caroli M. in Imperatorem anno Christi 800. *Æra* denotat fere idem ac *Epocha*, hoc tamen discrimine, quod *Epocha* fixa sit ab Historicis: *Æra* autem ab integro populo seu Natione. Sic dicitur *Æra Christiana*, qua Fideles numerant annos a Christo nato. Usus hic obtinuit post DIONYSIUM Exiguum, qui vivebat sæculo sexto, & juxta communem Criticorum opinionem in calculo suo non nihil aberravit a vero anno Nativitatis Christi: pergimus tamen in hoc computo ad vitandam confusionem ob diversas Autorum opiniones.

§ *Epochæ* §. 441. Annos a creatione Mundi *concurrentes cum Æra Christiana* varie computant Chronologi: unde nihil determinandum sumimus, cum locus hic non sit reddendi rationem de singulis Epochis, nec Scientia Juris Canonici ascendat ultra ætatem Christi. Adjungimus solummodo *Æras & Epochas*, quarum usus sæpius occurrit, concurrentes cum Anno primo

*De Calendario Ecclesiastico. 615*

primo vulgatæ æræ Christianæ, cujus  
nunc agimus annum 1758.

Igitur cum anno *Æræ Christianæ* 1.

Concurrit Annus a Mundo con-  
dito juxta computum Ecclesiæ  
Constantinopolitanæ, quo re-  
centiores Græci utuntur 5509.

Periodi Julianæ - - 4714.

Romæ conditæ a 21. Aprilis 754.

*Æræ Nabonassar*, ad quam Pto-  
lemæus computat suas Obser-  
vationes Astronomicas - 748.

Olympiadis 195. a Neomenia  
proxima Solstitio æstivo ann. 1.

Annus Seleucidarum, quo utitur  
Liber secundus Machabæorum,  
a mense Tisri seu ab Idibus  
Octobris - - - 313.

Annus Græcorum, quo utitur  
Liber primus Machabæorum,  
a mense Nisan - - 313.

Annus Julianus - - 46.

*Æra Hispanica*, quæ usurpatur in  
Conciliis & Scriptoribus Hispa-  
nis - - - 39

Cyclus Solaris - - - 10

Aureus Numerus, seu Cyclus Lu-  
naris - - - 2

Indictio - - - 4

Q 9 4      TIT.